VOTIVE MASS FOR ANY NECESSITY

INTROIT

Psalm. 77: 1

SALUS pópuli ego sum, dicit Dóminus: de quacúmque tribulatióne clamáverint ad me, exáudiam eos: et ero illórum Dóminus in perpétuum. *Ps.* Atténdite, pópule meus, legem meam: inclinàte aurem vestram in verba oris mei. Glória Patri.

I am the salvation of the people, saith the Lord: in whatever tribulation they shall cry to Me, I will hear them; and I will be their Lord for ever. *Ps.* Attend, O My people, to My law; incline your ears to the words of My mouth. Glory be to the Father.

COLLECT

INEFFÁBILEM misericórdiam tuam, Dómine, nobis cleménter osténde: ut simul nos et a peccátis omnibus éxuas; et a pænis, quas pro his meremur, eripias. Per Dóminum.

Show us, we implore Thee, Lord, Thy ineffable mercy, that Thou might both cleanse us from all our sins and deliver us from those punishments which we have deserved. Through our Lord.

EPISTLE

Jeremias 14. 7-8, 9

SI iniquitátes nostræ respónderint nobis: Dómine, fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiónes nostræ: tibi peccávimus. Exspectátio Isræl, salvátor ejus in témpore tribulatiónis. Tu autem in nobis es, Dómine, et nomen tuum invocátum est super nos, ne derelinquas nos, Dómine Deus noster.

If our iniquities have testified against us, O Lord, do Thou it for Thy name's sake: for our rebellions are many; we have sinned against Thee. Thou art the expectation of Israel, the Saviour thereof in time of trouble. But Thou, O Lord, art among us, and Thy name is called upon by us: forsake us not, O Lord our God.

GRADUAL

Outside Paschaltide:

Psalm 43. 8-9

LIBERÁSTI nos, Dómine, ex affligéntibus nos: et eos, qui nos odérunt, confudisti. V. In Deo laudábimur tota die: et in nómine tuo confitébimur in sæcula.

Thou hast saved us, O Lord, from them that afflict us: and hast put them to shame that hate us. V. In God shall we glory all the day long: and in Thy name we will give praise for ever.

ALLELUIA

Outside Septuagesima and Lent:

Psalm 78. 9-10

ALLELUIA, alleluia. V. Propitius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Alleluia.

Alleluia, alleluia. V. Forgive us our sins, O Lord: lest the Gentiles should ever say: Where is their God? Alleluia.

After Septuagesima the Alleluia and the V. Jubilate Deo *are omitted and the following is said:*

TRACT

Psalm 24:17,18,1-4

DE necessitatibus meis, eripe me Domine: vide humiliatem meam, et laborem meum: et laborem meum: et dimitte omnia peccata mea. Ad te, Domine, levavi animam meam: Deus meus, in te confido, no erubescam: neque irrideant me inimici mei. Etenim universi qui te expectant, non confundentur confundantur: omnes facientes vana.

Deliver me from my necessities, O Lord: see my abjection and my labour; and forgive me all my sins. To Thee, O Lord, have I lifted up my soul; in Thee, O my God, I put my trust, let me not be ashamed; neither let mine enemies laugh at me. For none of them that wait on Thee shall be confounded: let all them be confounded that do vain things.

During Eastertide the Gradual is omitted and the following Alleluia is said:

PASCHAL ALLELUIA

Psalm 78. 9-10; 30. 8

ALLELUIA, alleluia. V. Propitius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Alleluia. Exsultábo et lætábor in misericórdia tua, quóniam respexisti humilitátem meam: salvásti de necessitátibus animam meam. Alleluia.

Alleluia, alleluia. V. Forgive us our sins, O Lord: lest the Gentiles should ever say: Where is their God? Alleluia. I will be glad and rejoice in Thy mercy, for Thou hast regarded my humility: Thou hast saved my soul out of distress. Alleluia.

GOSPEL

Matthew 11. 22-26

IN illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Habéte fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicúmque dixerit huic monti: Tóllere, et mittere in mare, et non hæsitáverit in corde suo, sed credíderit quia quodcúmque dixerit, fiat, fiet ei. Proptérea dico vobis: Omnia quæcúmque orántes pétitis, crédite quis accipiétis, et evénient vobis. Et cum stábitis ad orándum, dimittite, si quid habétis advérsus áliquem: ut et Pater vester, qui in cælis est, dimíttat vobis peccáta vestra. Quod si vos non dimiséritis: nec Pater vester, qui in cælis est, dimítte vobis peccáta vestra.

At that time, Jesus said to His disciples: Have the faith of God. Amen, I say to you, that whosoever shall say to this mountain: `Be thou removed and be cast into the sea', and shall not stagger in his heart, but believe that whatsoever he saith shall be done; it shall be done unto him. Therefore I say unto you: all things, whatsoever you ask when ye pray, believe that you shall receive: and they shall come unto you. And when you shall stand to pray, forgive, if you have aught against any man: that your Father also, who is in heaven, may forgive you your sins. But if you will not forgive, neither will your Father that is in heaven forgive you your sins.

OFFERTORY

Psalm 137.7

SI ambulávero in médio tnbulatiónis, vivificábis me Dómine: et super iram inimicórum meórum exténdes manum tuam, et salvum me fáciet déxtera tua. (T.P. Allelúia.)

If I shall walk in the midst of tribulation, Thou wilt quicken me, O Lord; and Thou wilt stretch forth Thy hand against the wrath of my enemies, and Thy right hand will save me. (P.T. Alleluia.)

SECRET

PURÍFICET nos, Dómine, quæsumus, múneris præséntis oblátio: et dignos sacra participatióne perfíciat. Per Dóminum nostrum.

May the gift which we now offer to Thee, cleanse us, O Lord, we entreat Thee, and make us worthy to partake of this holy repast. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, odorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exsultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti jubeas, deprecamur, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God, through Christ our Lord: through Whom Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe: the Heavens and the hosts of heaven with blessed Seraphim unite, exult, and celebrate; and we entreat that Thou wouldst bid our voices also to be heard with theirs, singing with lowly praise:

COMMUNION

Psalm 118: 49,58

MEMÉNTO verbi tui servo tuo, Dómíne, in quo mihí spem dedísti: hæc me consoláta est in humilitáte mea.

Be Thou mindful of Thy word to Thy servant, O Lord, in which Thou hast given me hope: this hath comforted me in my humiliation.

POSTCOMMUNION

PRÆSTA, quæsumus, Dómine: ut, terrénis afféctibus expiáti, ad superni plenitúdinem sacraménti, cujus libávimus sancta, tendámus. Per Dóminum nostrum.

Grant, we implore Thee, Lord, that we who have celebrated these sacrificial rites, may be weaned from all earthly affections, and look forward to the fulfilment of this sacrament in heaven. Through our Lord.